2505

se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum tenutarium suum et eius posteros occasione Commissorum ab Omni impedimento vindico quarumvis personarum propinquarum et consanguinearum per totum tempus tenutae eiusmodi tueri defendere evincere tolusque per se et per submissas personas non inviniare sub vadio similis aliarum quatuordecem separenarum ... coram officio praesenti Castrensi Branscensi in primo citationis Termino peremptoria respondere Omnibus Controversijs exceptionibus allegationibus evasionibus dillationibus quibusvis Actionibus ... ac earum prosequutionibus alijsque in universum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessis ... se et suos successores abscribendo et abrenunciando sub amissione suorum suorumque successorum totius et integrae causae.

Actum in Curia Regia Branscensi feria Quinta in Crastino festi Sanctorum Omnium Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo.

Hryniewicki Testamenti Approbatio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Branscensis personaliter comparens Generosus Benedictus Hryniewicki olim Generosi Hiacinti filius in Buchty ... sanus mente et corpore existens palam publice ac libere verbisque perexpressis recognovit Quia ipse testamentum ultimae voluntatis suae de data in Buchty ultima Octobris anno praesenti confectum Manibus suis et Generosorum Ioannis Zalinski Ioannis Zelatycki atque Helias Poniatowski amicorum suorum subscriptum in Omnibus eiusdem testamenti punctis clausulis et conditionibus approbat confirmat et ratificat illudque pro rato et grato per successores suos tenendum et observandum declarat Hac sua personali recognitione in Commissis mediante.

Vide in Buchty Donationem Vide in ...

...ablowski Quietatio

... officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Branscensis personaliter ...

comparens Nobilis Adamus olim Joannis Gołembiewski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Generosum Andream Anselmum Szabłowski in Coplawy haeredem de inscriptione super summam Quadringentorum florenorum Polonicorum modo debiti Coram Actis hisce facta et recognita de persolutione eiusdem summae Quadringentorum florenorum Polonicorum eundem Generosum Szabłowski quietat et liberum facit Inscriptionem eiusmodi cum toto eius effectu cassat et annihilat perpetuis ac aeternis temporibus. Hac sua personali recognitione in Comissis mediante.

## Kierznowski Quietatio.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Branscensibus Nobilis Andreas Anselmus Szabłowski in Szabły et Coplawy haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobilem Albertum olim Alexandri Kierznowski de inscriptione debiti sibi recognoscenti super summam Quadringentorum florenorum Polonicorum ad duas temporum ratas Coram Actis praesentibus facta tum et de processibus eo nomine institutis ac in quovis gradu iuris dependentibus ob Completam sufficientem satisfactionem quietat emittit. Inscriptionem et processus cum toto effectu cassat mortificat et annihilat perpetuis ac aeternis temporibus Patrocinio suo adiu accedente.

## Golembiewski, Hermany, Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Branscensibus personaliter comparens Nobilis Albertus olim Alexandri Daszkowic Kierznowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere verbisque per expressis recognovit Quia Nobili Adamo olim Joannis Gołembiewski et eius Legitimis Successoribus Bonorum suorum haereditariorum in bonis Hermany consistentium per se recognoscentem a Nobili Marina Hermanowska Garcanka consorte Nobilis Alberti Kropiwnicki iure perpetuo quaesitorum Videlicet Bona Omnia Mobilia et immobilia per se modo Comisso acquisita in Areis hortis agris pratis campis sylvis rubetis pratis pomariis stagnis fluviis piscinis aedificiis Omnibus parvis et Magnis et gratis cum Omnibus eorundem bonorum fructibus proventibus attinentiis et

pertinen